



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

LXXVII. De poenitentibus, vt in morte viaticum accipiant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

ANNO
CHRISTI
398.

uixerit, admoneatur a supradictis testibus, petitioni suæ satisfactum; & subdatur statutis pœnitentiæ legibus, quamdiu sacerdos, qui pœnitentiam dedit, probauerit.

LXXVII.

Pœnitentes qui in infirmitate sunt, viaticum accipiant.

LXXVIII.

Pœnitentes qui in infirmitate viaticum eucharistiæ acceperint, ^m non se credant absolutos sine manus impositione, si superuixerint. Ibidem.

LXXIX.

Pœnitentes, qui attente leges pœnitentiæ exequuntur, si casu in itinere vel in mari mortui fuerint, ubi eis subueniri non possit, memoria eorum & orationibus & oblationibus commendetur. 26. q. 7. Sacerdos pœnitentiam.

LXXX.

Omni tempore ieiunii, manus pœnitentibus a sacerdotibus imponatur. Ibidem.

LXXXI.

* for. effe-
rant

Mortuos pœnitentes ecclesiæ ^{*}afferant & sepe-
liant.

LXXXII.

Pœnitentes etiam diebus remissionis genua flectant.

LXXXIII.

Pauperes & senes ecclesiæ, plus ceteris honorandi sunt.

LXXXIV.

ⁿ Vt episcopus nullum prohibeat ingredi ec-
Concil. Tom. 3. De consecr. Dist. 1. Episcop. nul.